

Joachim Krisow Joachim Eggert

Theses Ethicae

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730587606>

Druck Freier  Zugang



R U phil 1674

Joachim Krison

Joachim Eggert



D. O. M. A.
THESES ETHICÆ,

Quas

In inclyta Academiâ Rostochiensi
Consensu Amplissimæ Philosoph: Facultatis
PRÆSIDË

M. JOACHIMO KRISOVIO,

publicè ventilandas proponit

JOACHIMUS EGGERTUS,

S. S. Theol. & Philos. Stud.

Hemmâ Holsatus.

In Auditorio magno

ad diem 5. Septembr.

horis matutinis.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. 1674.

Thef. I.

Ethica est prudentia hominem virtutibus imbuens, ut civiliter felix sit.

II.

Ethica tractatur methodo analytica.

III.

Ethica commodè dispescitur in tres partes; quarum prima de fine, secunda de objecto, tertia de mediis agit.

IV.

Ethicæ finis intermedius est hominem virtutibus imbuere: ultimus est summum bonum.

V.

Summum Bonum consistit in operatione animæ rationalis secundum virtutem optimam & perfectissimam, in vita perfecta.

VI.

Adjuncta summi Boni, quæ varia sunt, & ratione necessitatis ad id se variè habent, non ingrediuntur sed sequuntur eius esse.

VII.

Objectum Ethicæ est homo virtutibus instruendus.

VIII.

Maximè autem quoad animam rationalem, quæ
cum

cum partim in se, partim per participationem talis sit,
utramque ad objectum Ethices spectare dicimus.

IX.

Sensitiva per participationem rationalis affectuum
subjectum est.

X.

Rationalis in se duas habet potentias, intellectum &
voluntatem, utraque est considerationis Ethicæ, seu
objectum ejus partiale.

XI.

Intellectus, qui ratione finis & objecti in theoreticum
& practicum, in agentem & patientem dividi so-
let, objectum est intelligibile.

XII.

Voluntatis objectum est bonum & malum.

XIII.

Cum autem bonum & malum aliud verum, aliud
apparens sit dicimus non verum, sed apparens ob-
jectum voluntatis ad æquatum.

XIV.

Actus voluntatis alii elicitum sunt, alii imperati.

XV.

Actus voluntatis elicitum non tantum moraliter cogi
possunt, sed etiam ab omni violentia alieni non sunt,
sed violentiam pati possunt.

XVI.

Actus imperati cogi non possunt.

XVII.

XVII.

Actio humana est, quæ propria est homini in quantum homo est.

XVIII.

Actio humana alia voluntaria, alia involuntaria est.

XIX.

Bonitas & malitia actus non dependent à solo objecto.

XX.

Media, quibus homo finem Ethicæ obtinet, sunt virtutes, quas dividunt in morales & Intellectuales.

XXI.

Virtus moralis est habitus.

XXII.

Virtutis objectum sunt actiones & affectus.

XXIII.

Virtus consistit in mediocritate.

XXIV.

Virtus moralis alia perfecta; alia imperfecta; alia Heroica est.



cum partim in se, partim
utramque ad objectum

Sensitiva per partici
subjectum est.

Rationalis in se duas
voluntatem, utraque e
objectum ejus partiale.

Intellectus, qui ratio
cum & practicum, in a
ler, objectum est intelli

Voluntatis objectum

Cum autem bonum
apparens fit. dicimus n
ctum voluntatis ad aequ

Actus voluntatis alii

Actus voluntatis elici
possunt, sed etiam ab
sed violentiam pati possi

Actus imperati cogi

participationem talis sit,
spectare dicimus.

rationalis affectuum

entias, intellectum &
rationis Ethicæ, seu

objecti in theoretic
patientem dividi so-

n & malum.

aliud verum, aliud
, sed apparens obje-

, alii imperati.

antum moraliter cogi
entia alieni non sunt,

ant.

